

2117

LITURGICI.

2118

tem cum aureo lemmate: *Elizabeth Bis Regina*, quod absque dubio referendum est ad Reges Maritos *Wenceslaum* et *Rudolfum*. Alia Pictura sedentem exhibet dextra Librum, laeva Sceptum tenentem, tertia sedentem et duobus malleolis septem protonorum numero campanulas pendulas impellentem, qui concentus Nostratibus *Glockenspiel* (Carillon) dicitur, et originem Harmonicae hyalinae hodie celebratae dedisse videtur, quarta denique genibus innixam et precantem. Ceterae Picturae plerumque ad Textum adludunt. Ita ad verba: *Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus*; effictus est Vir clavam sinistro humero ferens, dextra manu contemtim Hostiam et Calicem arae infitentem demonstrans, quem ego *Cainum* interpretor. Ad verba: *Saluum me fac, Deus! quoniam intrauerunt aque usque ad animam*, supra comparet Deus, infra *David* iactatus in lembo, utque *τὸ usque ad animam* rite adpareret, nudus. Neque ludicris pro aevi more abstinuit Pictor.

Codex iterum eleganter compactus theca antica Nomen Jesu radiatum, Scutum tribus Liliis insignite cum Literis R. C. ZI. et anno 1591. postica Scuta Caesareum, Bohemicum, Austriacum &c. exhibet. Divinabit, qui volet.

DCCCLXXV.

R. 2154 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. nunc 236. f. max. luculente, splendideque tam, quod *Denis Codd. Theol. V. II. P. III.*

Textum, quam, quod Notas musicas spectat, exaratus, coloribus, et quibusdam Initiis etiam auro picturatis speciosus *Psalmodiam Chori ecclesiastici totius anni de Tempore*, et a fol. 126. de *Sandis* complectitur, cujus posterioris tamen non paucae Membranae sub finem exciderunt; ut adeo sciri nequeat, a quo, vel in cujus Ecclesiae usum insignis hic labor susceptus fuerit. Interim fit locus conjecturae. In ipso principio, atque adeo *Dom. I. Adventus* ad verba: *Ad te leuavi animam meam*, litera A Mulierem habitu Regio de genibus precantem exhibet; similis visitur et quidem corona incincta eodem situ in lemnisco marginem exornante templo cuidam innixa. Quid obstat, quo minus eam *Elisabetham Bob. Poloniae*que Reginam viduam Parthenonis Cisterc. *Brunnensis* Fundatricem putemus, cujus munificentiam spectavimus in sumtuoso *Leßionarii* Opere hoc *Vol.* pariter relato?

DCCCLXXVI.

Codex membraneus lat. Sec. R. 2153 XVI. Folior. 218. f. max. eodem prorsus cultu, ut superior, sed ad praecipua Festa XII. Picturis auro fulgidis, quae probant, artem illam metallum hoc tractandi non jam multo ante, ut opinabantur quidam, intercidisse, conspicuus eandem *Chori Psalmodiam* eodem ordine complectitur. Mirabere Clausulam illi praegrandi caractere miniato subjectam: *Iste liber est domus sancte trinitatis prope brunnam*

Y

nam

nam ordinis Carthusiensis scriptus per fratrem eiusdem ordinis Anno domini M. D. V. Ihesus Mirabere, dicebam; si enim Codicem optime servatum pervolvam, altius illi aevum facile tribueris; ita Scriptor antiquiora Exempla dextre imitatus est, nobis cautioni, ne temere nimium de genio τῆς Γραφικῆς, Codicumque aetate pronunciemus.

DCCCLXXVII.

- U. 659 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 471. 8. min. per duas columnas minute, sed mirum nitore perscriptus, auro et coloribus illustratus hanc notam praefert: *Joannes Buesus Hispanus Romanorum &c. Regiae Majesta-*

*Adventus proprie vult sermones ysaye.
Post natale sacrum recitat sacra lectio paulum.
Quinque libri moysi tibi septuagesima missi.
Tu quoque mosaicos lege quadragesima libros.
Vult sibi scripta legi hyeremie passio christi.
Actus apostolicus sequitur post pascha legendus.
Hinc apocalypsim lege canonicasque uicissim.
Post pentecostem regum liber exit in hostem.
Inde per augustum sumit sapientia scutum.
Per totum mensem sapiens salomon tenet enssem.
Contat september iob tobias iudith hester.
Octobri mense machabea trophea recense.
Ezechiel primo lege postremo daniellem.
His lectis repetas bissex in fine prophetas.*

Sequitur Officium ipsum tam de Tempore, quam de Sanctis, cum Ritu sepeliendi, qui Precationes admodum pias, et dignas, quae in usum reducerentur, continet. Breviarium istud in Italia scriptum

(Ferdinandi I.) Capellanus et elemosinarius ex pietate huic (ad D. Nicolaum) Collegio dono dedit. 1537. igitur consueta Fabri Ep. Formula praefixa, quae incipit: *Emptus est iste Liber &c.* non satis huc congruit. Continet vero Codex hic Preces canonicas, sive *Breviarium*, et quidem pro D. *Francisci* Familia, ut vel praemissum *Calendarium* docet, in quo praeter alia Ordinis Festa jam *Festum portiuuncule* et *sacrorum stigmatum beati francisci* miniata visuntur. *Calendarium* excipiunt varia Praescripta de Officii ordinatione, etiam metrica, e quibus specimen deligo de legendis per decursum anni Libris biblicis:

fuisse, docent fol. 466. p. 2. frequentia: *Queste sono sette interrogatione da fare alo infirmo chi more. secondo ch'ebbe sancho Anselmo. et si esso confessa queste cose cum la bocha e creda cum il cuore.*